

GENES  
ption. In diebus  
et, quo dicitur  
ri obediens. Licit p  
carum piam p  
nes, quod id est  
ribus.  
FUIT ITA QVI  
Quae oratione la  
fuerit deinceps, et non  
Sed intercessio  
Pascua cum iusto  
integrum, plus qu  
Sic Iosephus resu  
tur. Auctoritate  
nous spesum. Ite  
qui in gressu nunc  
una homini. Sed  
a veritate prouocan  
no fuit subiectus  
natur, cum famili  
regi perit libens  
Quod res de talis  
etiam respondebat  
confundens respo  
nos apud regem  
et plebem dicens, et  
cum filium huius  
propheta, vnde  
canonem redirent  
prorogari, ins  
agere agere. I  
emone ininde cap  
a lumen quinque  
ales notus polim  
Et non accid  
tendo pacem non  
mundi; ne ab eo  
tu nostra mentis  
Tusq[ue]ma cum ip  
que omnes obediens  
cepta: perficit p  
fractio ad hunc  
ut. Hi enim fidei  
beneficiis exinde  
latur, haec resu

1797

## C A P V T X L I.

1798

ne hoc quidem nunc sit Iosepho absque A Dei prouidentia. Deus enim, quando ostendit spem liberationis piorum, non illico latitiam explet: sed saepe obiicit impedimenta varia, & beneficia differt varias ob causas: ut diutius probet patientiam & constantiam nostram. Nec semper vtitur iis mediis quae nos vellemus; sed post longum tempus inuenit alia, de quibus nos haud cogitauerimus, aut iampridem desperaueramus, ut solus plenam liberationis nostræ gloriam apud nos & alios obtineat. Ita B

hæc somniorum interpretatione & Pincernæ intercessio nondum erat idonea occasio liberandi Iosephum; quia per eam nondum poterat euchi ad dignitatem præfinitam. Fuisset forte liberatus & habitus pro diuinatore: sed nondum obtinuisset exarchatum regni. Opportet igitur accedere interpretationem maioris somnij Pharaonis. Hæc consideratio patientiam in nobis gignere debet sub cruce.

• 690 •

## C A P I T I S X L I.

## Argumentum, Vsus, Partitio.

**D**ecima sectio Hebreorum dicta à secunda dictione וְרָא vsque ad medium capitū 44. de evectione Iosephi, deque fame AEgypti & Cananæ. Hoc capite memoratur lata catastrophe calamitatum Iosephi, qui ad interpretanda regis somnia, suggestione pincernæ euocatus carcere, de somniorum mysterio, vbertate ac fame futura sapienter differit, & dat regi consilium propheticum: propter quod ab eodem maxime honoratur, & annonæ totius AEgypti cum summa potestate præficitur, quam vberbatis & famis tempore sapientissime administrat. Aliquid etiam de eius atate, matrimonio & liberis aspergitur. Sic tandem post varias arumnas Ioseph liberatur, exaltatur, honoratur, Dominus constituitur. Quo exemplo egregie illustratur doctrina, quod afflictiones piorum diuina prouidentia tandem exitum fortiantur salutarem & gloriosum. Etsi enim Deus suos diu saepe grauiterq[ue] exerceat, ut eorum plane videatur oblitus: tamen opportune tandem afflictos liberat, depresso extollit: sicut dicitur: Dat cum tentatione exitum: Quod nos consolatur in aduersis, vt si Dominus moram faciat, eum expectemus, quia veniendo veniet, & non tardabit Habac.2.

Partes capitū sunt quatuor:

- I. De duobus somniis Pharaonis, deque eorum interpretatione frustra quæsita apud magos AEgypti vsque ad ver. 14.
- II. De interpretatione eorundem per Iosephum, vsque ad ver. 37.
- III. De Iosephi dignitate & matrimonio, vsque ad ver. 47.
- IV. De somniorum & interpretationis euentu, vsque ad finem.

In prima circumstantiae præcipuae erunt.

1. Somnium Pharaonis de bis septem vaccis, ver. 1.2.3.4.
2. Somnium aliud de bis septem spicis, ver. 5.6.7.
3. Pharaonis consternatio & significationis inuestigatio. ver. 8.
4. Pincernæ de Iosepho oratio, ver. 9.11.12.13.

In secunda erit

1. Iosephi è carcere eductio ver. 14.
2. Eiusdem responsum modestum ad regis postulatum, ver. 15.16.
3. Somniorum commemoratione, vsque ad ver. 25.
4. Eorum interpretatio, versib. 8. seqq. vsque ad 33.

3. Iosephus